

~~RA 288 2A 3A 1329~~

An Rande: Pro substantanda et recipienda fideiussione ab Mathes de Riso. De curia.

Item vinctum et vicario Sicilie etc.

Scire volumus fidelitatem tuam, quod pro rem concessimus et ven-
didimus in cabellam indici peregrino etc. (ut supra proximo¹⁰)
usque dat. ¹¹ verbis competenter mutatis). Quocirca fidelitati
huc precipiendo mandamus, quatinus statim, quod item
Mathes de curia nostra ad partes ipsas redierit, recipias ab
eodem ad sancta dei evangelia iuramentum de predictis om-
nibus adimplendis et inviolabiliter observandis, que ad sum-
spectant officium, ut superius dicta sunt. et instantes ex-
igas et recipias ab eodem sufficientes et idoneos fideiusso-
res usque ad predictam quantitatem trium milium un-
ciarum auri de tota predicta quantitate penunie virtualium
et vini, quam pro predictis cabellis secrecie et salis, con-
putato predicto augmento facto per sum in cabellis ipsis,
dare tenetur et debet per predictos terminos, ut dictum est,
integre exhibenda; quemlibet ipsorum fideiussorum videbit
de illa quantitate, in qua voluntarie fideiussere voluerit,
ita quod quilibet eorum repperiatur sufficiens¹¹ et ido-
neus in bonis stabilibus ad satisfaciendum de tota ea, in qua
fideiussere, quantitate, et huiusmodi fideiussio, quam sic
particulariter receperis ab eodem, in unum collecta ad pre-
dictam summam trium milium unciarum auri as-
cendat. Et fideiussores ipsi non sint filii fauoras nec

~~11~~
11) filii Reg.

10) In pactum secrecie.